nens ſucceſſum horologiorum penduiorum mari pro longitudinibus: *Et quis hanc ferat Latinitatem? quin & ſeq.l.*9.eminentium Virtuoſorum, *it. l.* 20.navigaſſet ſuper hac linea.*p.*23.*l.*27.pendulorum globulorum, *pro*, Horologiorum pendulis oſcillatoriis inſtructorum. *ib.* ſpem & deſiderium meum ſuperantem; *iddit interpres de ſuo voc.* deſiderium,*quæ futilis eſt additio.p.*25.*l.*19. ingenium tam amplæ extenſionis,*Latinè*, ingenium adeò capax. *p.*27.*l.*23.ad ſuſtentationem harum qualitatum; *quem non ſubeat nauſea? pronum erat dixiſſe*, præter illam ingenii vim & præſtantiam, quæ requirebatur ad magni hujus nominis magnæq; virtutis menſuram implendam.

*Piget ſanè tædétq; plura indicare. Percurrens interim nonnulla eorum quæ ſequuntur in hac verſi[illegible], [illegible]o,p.*29.*l.*29.*poni* Teleſcopiorum *pro* Microſcopiorum.*p.*30.*l.*18.mihi jus illud tribuent, *pro*, qui quod meum eſt mihi tribuent.*p.* 38.*l.*26.27.dilutione,*pro*,lotione.*p.* 40.*l. ult.* deducantur arbores, *pro*, *devehantur. p.*44.*l.*8.duo acervi,*pro*,binus proventus.*p.*45.*l.*7.res quidam in tantum parva,*pro*,adeò exilis.*ib.l.ant.*pennis reſultantibus,*pro*,Elaſticis.*p.*48. *tota hæc pag. ſcatet Anglicismis.p.* 49 *l.* 16. perget afferendo,*pro*, pergit offerre. *p.* [illegible] 5[illegible] ore *pro*,intra corpus.*ib.l.*28.ſpiſſitatem,*pro*,denſitatem. *p.*51.*l.*13.14.15.*abſcna verſio! ib.l.*28.inæquales leges.*it avertit Angl.* od[illegible]ws, *non* [illegible] odd, *quod hîc ſignificat* enormes,heteroclitas.*p:*52.*tota verſio eorum, quæ de Machina Teleſcopica hîc habentur, inepta eſt.*

Evolvens obiter Verſionem N.16.*incidi in bene multa, quæ notam ſanè merentur, videl. p.* 194. *l.* 12. optimè concedi poteſt,*& non aſſecutus eſt vim phraſeologiæ Anglicæ, quæ hoc vult*, id facilè condonandum Authori. *p.* 195. *l.* 15. quæ mihi loco magni mandati eſt; *quam inſulſa latinitas? dicendum*, cui ceu gravi mandato obtemperandum judico.*ib. l.*23. addeſſe proſecutioni, *pro*, vacare *ib. l.* 26. rationes, quibus mihi permittitur ad minimùm aliquid conſcribere, *pro*, quibus inducor, ut ſaltem aliquid hujuſmodi præſtem. *p.* 174. *l.* 4. quæ præſervetur ad perſecutionem aliorum, *pro*, quicquid de me fiat, ab allis fortè merebitur promoveri. *p.* 198. *l.* 12. de æſtibus altiſſimis *&c. hæc periodus ſic vertenda*, circa Novilunia & Plenilunia contingunt æſtus ſive Tumores maximi altiſſimiq; minimi autem circa Quadraturas; & temporibus intermediis ſervata proportione. *p.* 200. reducetur ad libellam Horozonti, *pro*, ad libramentum. *p.* 201. *l.* 7. *& ſeq. Tota hæc periodus ſic reddenda*: Jam ſi intelligatur Terra nonniſi uno horum motuum ferri, idq; æquabili velocitate; Aqua ubi ſemel nacta fuerit parem impetum, pari cum Terra paſſu procederet; quippe nulla daretur ratio, ob acceleratum vel retardatum motum in contigua Terræ parte, cur vel remeando vel proſiliendo incumbens Aqua in aquam vicinam accumuleretur. Quoniam verò cujuſq; in Terræ ambitu particulæ Verus motus ex duobus componitur, Annuo ſc. & Diurno (quorum quidem Annuus in BEC eſt quaſi triplus, juxta *Galilæum*, Diurni in Terræ Circulo maximo, ut in EF:) Dum punctum aliquod ſuperficiei Tellaris circa ipſum Centrum B movetur à G ad D & E. ut & q; ipſum B centrum promovetur ad C; vera expoſiti puncti promotio, (ſeu motus in præcedentia) ex utroq; componitur, puta ex motu B ad C, atq; G ad E. Dum verò G promovetur per D ad E, E retro-fertur per F ad G, motu contrario illi qui fit ex B ad C; adeoq; vera promotio puncti E non eſt niſi differentia ipſorum BC & EG. (Nam præter motum ipſius B ad C circa centrum A [*quæ poſtrema vocabula*,circa centrum A, *ſubſtitui debent pro illis*, ſuper centro; *quæ, non Interpretis, ſed Typographi culpæ debentur.*] punctum C porrò promovetur quantum eſt à G ad E, & retro fertur punctum E, quantum eſt ab E ad G.) *&c. Ceteris, quæ nimis multa ſunt, hic ſtringendis locus deeſt.*

Errata in Num. 105. **Pag.** 69. l. 52. r. *circumvolutionem.* p.118.l.23.r. [illegible]

London, Printed for *John Martyn*, Printer to the *Royal Society*. 1674.

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to *Philosophical Transactions (1665-1678).* www.jstor.org